



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Vinculum ardens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

sequar te semper, ô JESU: vade quocunque vis,
 et ego te sequar, etiam in astrictu & ligatus, catenatus,
 et in crucem affixus. *Ad crucem? ad crucem. Ad
 mortem? ad mortem. Paratum cor meum, Deus, para-
 tum est.* Prostrabe, mens mea, omne aliud objectum: obli-
 vite, voluntas mea, omnem amorem terrenum:
 Non judicavi me aliud scire, nec aliud amare,
 nisi IESUM Christum, & hunc crucifixum. Quia nulla
 veritas digna, quæ cognoscatur, est: nulla alia bo-
 nus digna, quæ ametur, quam Christus, & ille quidem
 crucifixus.

CONSIDERATIO XLI.

AMOR DEI,

Extasis Divina.

Mirabilem affectum Divini Amoris! facit ani-
 mam exire extra se, & intrare in Deum: exire de
 seipso propria humanitatis, & intrare in felicitatem
 Dei. *Divinus Amor extasin facit,* ait S. Dionysius.
 Extrahit animam extra se, & supra se. Et quantum supra?
 ad summum, ad Divinum, ad infinitum, ad pulchri-
 tudinem Dei, ad Esse Divinum, ad naturam Dei: ut vi-
 tam non amplius vitam propriam, sed vitam Dei.

Vis exemplum animæ extasim passæ, & primum ex-
 emplum intellectus? *Non judicavi, me aliud scire inter vos,
 nisi IESUM Christum, & hunc crucifixum.* Tota mea
 scientia in isto comprehenditur, Nolle Christum, &
 esse Crucifixum. Vis etiam extasim affectus? *Vivo
 ego, jam non ego, vivit verò in me Christus.* Vivo ego,
 sed non in me, sed in Christo: quia amor meus est extra
 me, totus collocatus in Christo.

Ecce metas nostræ Scientiæ, ecce metas amoris:
 Christum crucifixum. Ubi est vera Scientia? in cogni-
 tione Christi crucifixi. Ubi verus amor? in amore
 Christi

H s

Christi